



BIBLIOTHECA
UNIV. JAGELL.
CRACOVENSIS

kat.komp.


37223

I

P

hono-
Crac.

Crac. typ. Univ. 1752.



THEOLOGIA.

N. 2257

Vo 16

OFFICIUM
PARVUM,
In Honorem
S. STANISLAI
Episcopi Cracoviensis
& Martyris,
Regni Poloniæ
PATRONI,
Devotione per Horas,
cum Oratione, Litanie,
ac aliis piis precibus,
Fidelium pietati
ACCOMMODUM;
Cum Licentia Ordinaria
Anno Domini 1752.
IMPRESSUM.

CRACOVIAE TYPIS UNIVERSITATIS.

XI. 6. 15



S.
Stanislaus
Episcop. Cracov. Martyr
Coronatus A^o 1079. Canonizatus
ab Innocen- tio IV. A^o 1253.

Jos. Et. B.

Ad Lectorem.

37. 2237



ulta sunt ac ferme innumera
eaque clarissima documenta,
quae ad praecipuan*n* devotio-
nem erga Sanctum Stanisla-
um Episcopum & Martyrem quemlibet
excitant, & ad pietatis fervorem permo-
vent. Ille etenim est Pastor, Praesul,
Protector, Patronus, Indigena noster
Tutelaris, cuius ope & patrociniō DE-
VS Optimus voluit totam Poloniam
cum adhuc in vivis esset, & ad hæc
usque tempora vult omnes Christianos
singulariter gloriari. Ille Sanctus est,
in quo antiqua miracula Omnipotentia
DEI renovantur. Olim ad tactum Ossium
Elisai moreuus revixit. Ad umbram
Petri sanabantur ægroti. Ad sudaria
Pauli infirmitates depellebantur. Ad
Thaumaturgi Stanislai invocationem
Mors, Daemon, infirmitates & omnis
calamitas

calamitas propulsatur. Ad Ejus Sepul-
chrum cœcus visus, claudis gressus, æris
sanitas, periclitantibus securitas, affli-
ctis solatum, mortuis vita conferuntur.
Ab animali Præsulis Sancti quem depor-
tabat, à panno & icela quibus veneran-
da ossa Ejus involuta fuerunt, ab aliis
Sacris Reliquis copiose & admirandæ
dum implorantur gratiæ, proveniunt.
Publica etiam Poloniae vicinarūq; Pro-
vinciarum securitas, ab hostibus defen-
sio, tutela, belli pestisq; temporibus ex-
pertum auxilium, sub Ejus patrocinio
obtinetur. Quare cum DEVS in San-
cto suo si semper mirabilis: justum o-
mnino censetur; ut & devotio in Eun-
dem Sanctum Patronum continuetur,
continuata crescat & augeatur. In quæ
finem Opusculum præsens piarum pre-
cum & orationum Cliens & Cultor
Sancti Patroni devoto Lectori pro-
videt & offert.

OFFI-

OFFICIO PARVUM
SANCTI STANISLAI
Episcopi & Martyris.

AD MATUTINUM.

V. Domine labia mea aperies,
R. Et os meum annuotiabit laudem tuam
V. Deus in adjutorium meum intende,
R. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,
Sicut erat in principio & nunc & semper
& in saecula saeculorum. Amen.

H T M N U S.

Presulum Lumen, Columnaq; Regni,
Martyr æternâ redimite lauro,
Promptus exaudi populum precantem
Stanisilae.

Dive ter denos remorate Soles
Nasceris Fili, sterilis Parentum
Te thoros sudit: docuitq; missum
Pignus ab Astris.

Hujus o Numen! precibus Beati
Gratiam nobis veniamq; dones,
Fata propulses, tribuas perennis
Gaudia vitae.

A

Antiph.

Antiphona.

Multi in Nativitate ejus gaudebunt:
erit enim magnus coram Domino & Spi-
ritu Sancto replebitur. *Lucæ 1 v. 14 & 15.*
¶. Ne timeas: quoniam exaudita est
deprecatio tua;

¶. Et Uxor tua pariet tibi filium.

¶. Domine exaudi orationem meam,

¶. Et clamor meus ad te veniat.

O R A T I O.

DEUS qui Beatum STANISLAUM Pon-
tificem & Martyrem, Ecclesiæ tuæ
præsidium, & misericordia Patronum singu-
larem providisti: Ejus Sanctitatem su-
scitatione Petri Equitis Poloni à mor-
tuis & innumeris miraculis illustrasti,
concede propitius, ut ipius patrocinio
& protectione muniri, ab omnibus ma-
llis & à morte æternaliberemur. Per Do-
minum nostrum JESUM Christum, qui te-
cum vivit & regnat in unitate Spiritus
Sancti Deus, per omnia sæcula sæculo-
rum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,

¶. Et clamor mens ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

¶. Deo gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace. ¶. Amen.

Ad PRIMAM.

¶. Deus in adjutorium meum intende,
¶. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,
sicut erat in principio & nunc & semper
& in secula seculorum, Amen.

Hymnus.

Gemma Prussorum propè nata lymphā
Nobili fulgens genere, & Paterni
Nominis ceris, patientis aucto
Stemmate Christi,
Pulchrius motum radias nitore,
Candor & virtus pietas pudorq;
Inclytum vincit genus ac avitæ
Stirpis honores.

Hujus o! Numen precibüs Beati
Gratiam nobis veniantq; dones,
Fata propulses, tribuas perennis
Gaudia vitæ.

Antiphona. Nemo adolescentiam tuam
Contemnat, sed exemplum esto fidelium
in verbo, in conversione, in charitate,
in fide, in castitate. *i. ad Timo: 4 v. 12.*

¶. Lætare Juvenis in adolescentia tua.

¶. Et in bono sit cor tuum. *Ecclesiastes: 11.*

¶. Domine exaudi orationem meam,

¶. Et clamor meus ad te veniat.

A2

ORA-

O R A T I O

DEUS qui Beatum STANISLAUM Pon-tificem & Martyrem, Ecclesiae tuae præsidium, & nosteris Patronum singula-rem, providisti: Ejus Sanctitatem suscita-tione Petri Equitis Poloni à mortuis & innumeris miraculis illustrasti, con-cede propitius, ut ipsius patrocinio & protectione muniti ab omnibus malis & à morte æterna liberemur. Per Domi-num nostrum JESUM Christum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculo-rum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,

¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

¶. DEO gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

¶. Amen.

A D T E R T I A M.

¶. Deus in adjutorium meum intende,

¶. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

H T M N U S.

Gnesna Te Nutrix volucris Polonæ
Aptat ad lucem studiis, probatq;
More pennatæ tenerum probantis
Matris Alumnum.

Liliis posthac viridiq; lauro
Juris ornatam titulis sacrisq;
Eæta præstantem literis coronat
Gallia frontem.

Hujus o Numen! precibus Beati
Gratiam nobis veniamq; dones,
Fata propulses, tribuas perennis
Gaudia vita.

Antiphona. Optavi, & datus est mihi
sensus, & invocavi, & venit in me Spi-
ritus Sapientiæ *Sap. 7mo.*

¶. Stude Sapientiæ fili mi.

¶. Et lætifica cor meum. *Proverb. 27.*

¶. Domine exaudi orationem meam,

¶. Et clamor meus ad te veniat.

O R A T I O

DEUS qui Beatum STANISLAUM Pon-
tificem & Martyrem, Ecclesiæ tuæ
præsidium, & misericordis Patronum singu-
larem providisti: Ejus Sanctitatem su-
scitatione Petri Equitis Poloni à mor-
tuis & innumeris miraculis illustrasti,
concede propitius, ut ipsius patrocinio

&

& protectione muniti ab omnibus malis & à morte aeterna liberemus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,

¶. Et clamor meus ad te veniat,

¶. Benedicamus Domino,

¶. Deo gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam,

Dei requiecant in pace. ¶. Amen.

AD SEXTAM.

¶. Deus in adjutorium meum intende,

¶. Domine ad adjuvandum me festina,

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio & nunc & semper

& in saecula saeculorum. Amen.

HYMNUS.

Post ubi celsi gremio Vavelli

Mysta virtuti socias honorem,

Nemo Te zelô & probitate fulget

Dignior Aris.

Prædicas Legem Domini, docesq;

Perpetim sacrò eloquio catervas

Et jubar veri Cracias remotè

Spargis in oras.

Hujus.

Hujus o Numen! precibūs Beati
Gratiam nobis veniamq; dones,
Fata propulses, tribuas perennis
Gaudia vita.

Antiphona. Statuit illi testamentum aeterno-
num, & dedit illi Sacerdotium gentis, &
beatificavit eum in gloria. Eccl. 45. v. 8.
¶. Ponam verba mea in ore ejus.
¶. Et loquetur omnia quæ præcepero illi.
Deut. 18.

¶. Domine exaudi orationem meam,
¶. Et clamor meus ad te veniat.

O R A T I O

DEUS qui Beatum STANISLAUM Pon-
tificem & Martyrem, Ecclesiæ tuæ
præsidium, & miseriis Patronum singu-
larem providisti: Ejus Sanctitatem su-
scitatione Petri Equitis Poloni à mor-
tuis & innumeris miraculis illustrasti,
concede propitius, ut ipsius patrocinio
& protectione muniti ab omnibus ma-
lis & à morte eterna liberemur. Per Do-
minum nostrum Jesum Christum, qui te-
cum vivit & regnat in unitate Spiritus
Sancti. Deus per omnia sæcula sæculo-
rum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,
¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

¶. Deo gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam
Dei requiescant in pace. ¶. Amen.

AD NONAM.

¶. Deus in adjutorium meum intende,
¶. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,
Sicut erat in principio & nunc & semper
& in saecula saeculorum, Amen.

HYMNUS.

CReverat virtus redimita vittis,
Te Fides fulcrum, miseri Patronum,
Æquitas scutum, trabeata nōcunt
Crimina fulmen.

Arguis Regem scelerum, ac iniquam
Pu. puræ probrum prohibes rapinam,
Et Petrum testem revocas trienni
Morris ab umbra.

Hujus o Numen! precibus Beati
Gratiam nobis veniamq; dōnes,
Fata propultes, tribuas perennis

Gaudia vitæ.

Antiphona. Potens exhortari in doctrina
sana eos, qui contradicunt arguere.

Ad Tit. Cap. 1.

¶. Auge, obsecra, increpa,

¶. In omni patientia & doctrina. 2, ad
Timoth. 4.

¶.

¶. Domine exaudi orationem meam,
¶. Et clamor meus ad te veniat.

O R A T I O

D EUS qui Beatum STANISLAUM Pon-
tificem & Martyrem, Ecclesiae tuæ
præsidium, & misericordis Patronum singu-
larem prævidisti. Fuis Sanctitatem su-
scitatione Petri Equitis Poloniæ mor-
tuis & innumeris miraculis illustrasti.
concede proprieius, ut ipsius patrocinio
& protectione muniti ab omnibus ma-
lis & a morte æterna liberemur. Per Do-
minum nostrum JESUM CHRISTUM, qui te-
cum vivit & regnat in unitate Spiritus
Sancti Deus, per omnia sæcula sæculo-
rum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,
¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

¶. DEO gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam
DEI requiescant in pace ¶. Amen.

A D V E S P E R A S.

¶. Deus in adjutorium meum intende,
¶. Domine ad adjuvandum me festina,
Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,
Sicut erat in principio & nunc & semper
& in sæcula sæculorum, Amen.

H E -

H Y M N U S.

Sürda mors audít tua jussia Præsul,
Ipse Rex duris riget obstinatus,
Durior saxis, rabidoq; spirat
Pectore cædem.
Sic manu Regis cadiſ inter Aras.
Hostia & Myſtes: ſecuit ſatelles.
Membra fruſtatū: mæduitq; circum
Sanguine tellus.
Hujus o Numen! precibūs Beati
Gratiā nobis veniamq; dones,
Fata propulſes, tribuas pecunis.
Gaudia vitæ.

Antiphona. Bonus Pastor dat animam
tuam pro ovi bus suis. *Ioan: 10.*
¶ In hoc cognovimus charitatem.
¶ Quoniam pro nobis animam posuit.
I Joan: Cap. 3.
¶ Domine exaudi orationem meam,
¶ Eclamor meus ad te veniat.

O R A T I O.

DEUS qui Beatum STANISLAUM Pon-
tificem & Martyrem, Ecclesiæ tuæ
præſidium, & miseriſ Patronum singu-
larem providisti: Ejus Sanctitatem su-
scitatione Petri Equitis Poloni à mor-
tuis & innumeris miraculis illustrasti,
concede propitius, ut ipſius patrocinio
&

& protectione muniti ab omnibus malis & à morte eterna liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus; Sancti Deus, per omnia sacula saeculorum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,

¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

¶. Deo gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam.

Dei requiescant in pace. ¶. Amen.

AD COMPLETORIUM.

¶. Deus in adjutorium meum intende,

¶. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri & Filio & Spiritui S. &c.

H E M N U S.

Congerunt artus Aquilæ resecos,

Prodit & furem digitæ natantem,

Flamma; mox uno laceræ cohærent

Corpore partes.

Tum nitent miris tua fata signis,

Est & extinctis honor in favillis,

Hinc Deo soli resonent perennem.

Sæcula laudem.

Hujus o Numen! precibus Beati

Gratiam nobis veniamq; dones,

Fata propulses, tribuas perennis

Gaudia vita.

Antiphona. Nemo hæc signa facere potest,
nisi DEUS fuerit cum eo. *Ioaz. 3.*

¶. Videant potentiam tuam,

R. Innova signa & immutata mirabilia.
Eccle. 36.

¶. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

O R A T I O.

DEUS qui Beatum STANISLAUM Pon-
tificem & Martyrem, Ecclesiæ tuæ
præsidium, & miseris Patronum singu-
larem providisti: Ejus Sanctitatem lu-
scitatione Petri Equitis Poloni à mor-
tuis & innumeris miraculis illustrasti,
concede propitius, ut ipsius patrociniō
& protectione muniti ab omnibus ma-
lis & à morte eterna liberemur. Per Do-
minum nostrum JESUM CHRISTUM, qui te-
cum vivit & regnat in unitate Spiritus
Sancti Deus, per omnia sæcula sæculo-
rum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

R. Deo gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam

Dei requiescant in pace. *R.* Amen.

LITIA.

•(8)(7)(8)

LITANIÆ

De eodem Sancto.

KYrie eleison, Christe eleison,
Kytie eleison.

Christe audi nos, Christe exaudi nos,
Pater de Cælis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere:
Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis.
Santa TRINITAS unus Deus, Miserere:
Santa MARIA, Ora pro nobis.

Sancte Stanislac,

Martyr egregie,

Gemma Præsulum,

Norma Sacerdotum,

Forma gregis ex animo factus,

Pasteris boni exemplar,

Lumen Ecclesiæ Dei,

Pater Patriæ prædicande,

Pater Filiorum honorande,

Apostole Polonorum,

Patrone Christianorum,

Præsul Urbis Cracoviæ,

Custos Gregis Christi vigilantissime,

Sterilium Parentum votum & solatiū,

Prius Deo dicite quam nate,

Vitæ sanctitate mirabilis,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Eloquii

Ora pro nobis.

Eloquii veritate venerabilis,
Verbō & opere potens coram Domino,
Excitator mortuorum admirande,
Objurgator vitiorum acerrime,
Defensor Pauperum,
Tutor Clericorum,
Redemptor Captivorum,
Liberator Oppressorum,
Zelator pro Domo Dei,
Curator Animarum,
Prædicator Veritatis,
Athleta Christi gloriose,
Norma & Regula viræ perfectæ,
Hereditatem Christi sanguine ditans,
Nathan doctissime,
Imitator Joannis Baptistæ,
Domitor Regis Boleslai audacis,
Propugnaculum Christiani Nominis,
Adjutor Regum Polonorum,
Tutor tuorum Clientum,
Dive omnibus Gentibus honorande,
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto Exaudi nos Domine.
Ab ira tua, Libera nos Domine.
A fuligine & tempestate Libera nos:
A peste, fame, igne & bello, Libera nos:
A morte perpetua, Libera nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.

Agnus

10

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.

Agnus Dei &c. Misérere nobis.

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Kyrie eleison, Chryste eleison,
Kyrie eleison.

Antiphona.

O Beate Stanislae Praeful Urbis Cracoviæ, cuius signa victoriæ, latè patent Poloniæ, Nam dono Christi gratiæ, pestes curantur variæ. Tuam Martyregrie opem precantes hodie, Regi commendam gloriæ.

¶. Pretiosa in conspectu Domini,
¶. Mors Sanctorum Ejus.

O R A T I O

DEUS pro cuius honore gloriosus Pontifex Stanislaus gladiis impiorum occubuit, praesta quæsumus, ut omnes qui Ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sacula sæculorum,
Amen.

HY.

H Y M N U S

GAude Mater Polonia
Prole fecunda nobili,
Summi Regis magnalia
Laude frequenta vigili.
Cujus benignâ gratiâ
Stanislai Pontificis
Passionis insignia
Signis fulgent mirificis.
Hic certans pro justitia
Regis non cedit furie.
Stat pro plebis injuria
Christi miles in acie.
Tyranni truculentiam
Qui dum constanter arguit,
Martyrii victoriam
Membratim cæsus meruit.
Novum pandit miraculum
Splendor in Sancto Cælicus,
Redintegrat Corpusculum
Sparsum Cælestis Medicus.
Sic Stanislaus Pontifex
Transit ad Cæli Curiam,
Ut apud DEUM Opifex
Nobis imploret veniam.
Poscentes ejus merita
Salutis dona referunt,

Morte

Morte præventi subita
Ad vitæ portum redeunt.

Cujus ad tactum annuli
Morbi fugantur turgidi,
Ad locum Sancti tumuli
Multi curantur languidi.

Surdis auditus redditur,
Claudis gressus officium,
Mutorum lingua solvitur,
Et fugatur Dœmonium.

Vsus caligo pellitur,
Mentis redit tranquilitas
Sub ærumnis qui quis gemit,
Hie impetrat solatia.

Ergo felix Cracovia
Sacro dotata Corpore,
DEUM qui fecit omnia,
Benedic omni tempore.

Sit Trinitati Gloria
Laus honor jubilatio
De Martyris victoria
Sit nobis exultatio, Amen.

Antiphona. Martyr Dei Stanislaus
gloriosus Pontifex, quem occidit Bole-
slaus truculentus Princeps: Pastor bo-
nus & Patronus adsit nobis Opifex &
virtutum Artifex.

B

¶.

¶. Gloria & honore coronâsti eum
Domine.

¶. Et constituisti eum super opera
manuum tuarum.

O R A T I O

POpulum quæsumus Domine intercedente Beato STANISLAO glorioso Martyre tuo atq; Pontifice, dexterâ virtutis tuæ potenter defende, & sollem tuæ Majestatis irreverberatò mentis radiô gloriantur intueri concede. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum, Amen.

SACRÆ ASPIRATIONES

Ad JESUM SALVATOREM

Ex consideratione Vitæ

*S. STANISLAI Episcopi & Martyris,
Regni Poloniae Patroni.*

LAUDO Te JESU, benedico, adoro.
Ad Stanislai cineres beatos
Vota dum fundo, venerorq; Sacri
Busta Sepulchri.

Hic meos audi gemitus precesq;
Præfulis Sancti steriles Parentes
Pronus audisti, simul atq; dulci
Prole beasti.

Fontis ad dulces salientis undas
Mater ut Divum parit alma natum
E Sto fac IESU! saliens perennis
Fons mihi vitae.

Cor Stanislai teneris ab annis
Flore virtutum pia mens coronat;
Floreat virtus, Tua vivat in me
Gratia IESU.

Docta post Gnesnam Parisina Divum
Instruit Pallas, sapiente cultu.
Cor mihi IESU! sapiens, probamq;
Da rogo mentem,
Divus è terris veniens remotis,
Norma fit Sanctæ speculumq; vita;
Fac me ad hanc IESU! precor innocentem
Vivere Normam,

Vita Lambertø pietasq; mira
Præfuli, Divum placuisse fecit;
Me Tibi IESU! probitate morum
Redde placentem.

Divus in Sacra statione Cleri
Spiritu plenus radiat Sacerdos;
Fac Tuus IESU! Sacer ut perennet
Spiritus in me.

Ad Mitram tandem Craciam vocatus
Ex cubat Pastor Gregis ad salutem,
Fa c meæ IESU! vigil ut sit in me
Cura salutis.

Per Diœcesim pius ut frequenter
Visitat Clerum, renovatq; Præfus;
Sic bonam JESU! renovare semper
Da mihi vitam.

Pauperum cœtus viduasq; egenas
Nutrit & pascit bonus ipse Pastor;
Fac eis JESU! sacra charitatis
Viscera pandam.

Præfus invictus monet arguitq;
Improbum Regem minus obsequenter;
Urat hic JESU! Sacer oro pro Te
Me quoq; zelus,
Testis ut causam probet innocentem;
Mortuum Præfus vocat è sepulchro;
Suscitet JESU! Tua dextra culpæ
Morte sensitos.

Rex Boleslaus trucidatus eheu!
Martyrem dextrâ perimit scelestâ
Da mihi pro Te mea vita JESU!
Fundere vitam.

Membra frustatim jacuere cæsa,
Illa sed fortes Aquilæ tuentur;
Me Tuis JESU! tueare quæso
Cælitus alîs.

Martyris Corpus populo stupente
In suos rursum coalecit arctus;
Culpa quod JESU! laceravit in me
Tu rogo sanâ.


Gratias

Gratias Cælo DEUS affluentes
Fundit ad Sacri cineres Sepulchri;
Hic ego JESU! tua gratiarum
Munera posco.
Offa sed tandem Sacra transferuntur,
In suam Præsul rediitq; sedem;
Tu meum JESU! rogo transfer ad Te,
Cordis amorem.
Ritibus Sacris Vaticana Sedes
Præsulem Sanctum Assisi coronat;
Dulcis o JESU! mihi Tu beata
Esto Corona.
Dum Sacer Divum canonizat Ordo,
Mortuus vitam juvenis recepit;
Fac Tibi vivam, moriarq; mundo,
O bone JESU!
Jam Stanislaus Pater & Patronus
Noster, in Cælis sine fine regnat;
Sæculis regnet tua semper omnis
Gloria JESU!
Præsulis Sancti manib; beatis
Has preces JESU! Tibi consecratas
Suscipe: & donans veniam, perennem
Da mihi vitam.
¶. Ora pro nobis Sancte Stanislae,
¶. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

ORA.

O R A T I O.

DEUS qui Corpori Beati Stanislai
Martyris Tui atq; Pontificis Aqui-
larum custodiam, ac Cælestes suppetias
deputâsti, concede propitius, ut sicut
ipse pro Ecclesia tua gladiis impiorum
frustatim concisus integer coalescere
promeruit, ita nos precibus ejus
unum Corpus effecti in Christo,
& Cœlesti semper custodiâ
protegamus, & æternæ
gloriæ uniamur,
Amen.



(33)(F)(56)

Ad S. ADALBERTUM Episcopum Martyrem P.R.P.

Antiphona.

Magnificet te Domine, tuo redempto-
pta Sanguine Christiana lætabunda-
pleb-, Divi Adalberti votiva recolens
merita, cuius morte pretiosa, devota
promit gaudia, ut per Ejus suffragia
tua impetrat beneficia.

Alia.

Alme Präful & beate Dei Martyr
Adalberte confer opem potentibus, tuis
sanctis precibus, mala pelle, bona posce,
præsta pacis incrementum, confer vita
gaudia, ut sub tuo protecti patrocinio,
gloriemur in laude Dei perpetuo.
¶. Sancti & justi in Domino gaudete,
¶. Vos elegit Deus in hereditatem sibi.

O R A T I O

Tuam nobis indulgentiam quæsu-
mus Domine Beatus Adalbertus
Episcopus & Martyr imploret, ut &
delicta nobis clementer ignoscas, & be-
neficia desiderata concedas. Per Domi-
num nostrum. &c.

Ad

Ad S. VENCESLAUM.

Antiphona.

Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

¶. Justus ut palma florebit,

¶. Sicut Cœdrus Libani multiplicabitur.

O R A T I O

D EUS qui Beati Venceslai nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem & cum per Martyrii palmam ad Cœlestem perduxisti gloriam: Ejus precebus nos, quæsumus, ab omni mali adversitate libera, & æternæ beatitudinis concede perfici gloria. Per Dominum nostrum. &c.

Ad S. FLORIANUM

Martyrem P. R. P.

Antiphona: Dum æternæ diei aurora illuxerit, dum tuba novissima insonuerit, præclare Martyr Floriane nos digne ris juvare, ut gratia Solis Justitiae Sanctorum perftruamur splendore.

¶. Lætitia sempiterna super capita eorum,

¶. Gaudium & exultatione obtinebunt.

ORA-

ORATIO

DEUS qui nos beati Floriani Martyris tui commemoratione laetificas, concede propitius, ut cuius gloriosum triumphum veneramur in terris, societatis ejus latitiam adipisci mereamur in Cælis. Per Dominum. &c.

Alia.

Adesto Domine populo tuo, ut Beati Floriani Martyris tui merita præclara suscipiens, ad impetrandas misericordiam tuam semper ejus Patrocinii adjuvemur. Per Dominum. &c.

Ad S. JOSEPHVM

Antiphona.

Ipse JESUS erat incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur Filius JOSEPH.

P. Os justi meditabitur sapientiam,
R. Et lingua Ejus loquetur judicium.

ORATIO

Sanctissimæ Genitricis tua sponsi, quem sumus Domine, meritis adjuvemus: ut quod possilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre. &c.

Ad

Ad S. HYACINTHUM

Antiphona.

Ave florum flos Hyacinthe omni
flore pulchrior. Ave gemma pretiosa,
cunctis gemmis clarior, Ave Protector
omnium ad Te confugientium. Ave Cae-
lestis Incola, succurre prece sedula. O
Hyacinthe Sanctissime, Confessor dul-
cissime. *Alia.*

O Beate Hyacinthe preces nostras su-
scipe, tuis adjuti suffragis Cœli frua-
mur gaudiis.

P. Ora pro nobis Sancte Hyacinthe,
R. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

ORATIO

DEUS qui Beatum Hyacinthum Con-
fessorem tuum in divinis Natio-
num populis operum sanctitate & mi-
raculorum gloria fecisti conspicuum,
da nobis ut ejus in melius reformatum
exemplis, & in adversis protegamus
auxilio. Per Dominum nostrum
Iesum Christum Filium tuum;
qui tecum vivit & regnat in
unitate Spiritus Sancti Dei.
per omnia tactula saeculorum,

Amen.

Ad B. JOANNEM CANTIUM

Antiphona.

Euge serve bone & fidelis, quia in
pauca fuisti fidelis, supra multa recon-
stituam, intra in gaudium Domini.

v. Justū deduxit Dñs per vias rectas,
p. Et ostendit illi Regnum Dñi.

ORATIO

DA quæsumus Omnipotens, & mis-
ericors Deus, ut B. Joannis Confesse-
ris tui exemplō, misericordiam alius ex-
hibentes; meritē ejus apud te miser-
cordiam consequamur. Per Dominum.
&c.

Alia.

OPræclarum, & ingens exemplar veræ
humilitatis, & summe contemptor
mundi vanitatis, B. JOANNES CANT.
Doctor pacis, & tranquilitatis vita
Christianæ, auctor misericordiæ, & con-
solentiaz super miseria proximi: ora te
per ista dona, quæ tibi sunt a Deo con-
cessa, ut intercedas pro nobis, in iste vi-
tae periculis constitutis: ut in casitate
atq; humilitate, & amore Dei proximiq;
viventes, rectâ conscientiâ, & exemplo
sanctæ vita, alijsq; præluceamus; ac Do-
mininostri Iesu Christi, per solias neri-
cum & gratiam, promissionibus digni-
ficiamur Amen.

Ad S. BARBARAM V. & M.

Agonizantium & contra ignem.

P A T R O N A M.

H Y M N U S

O JESU Fili hominis!

Ictus averte fulminis,

Sub Barbaræ præsidii

Nos serves ab incendiis.

Antiphona. O quam pulchra est casta
generatio cum claritate, immo realis est
enim memoria illius quontiam apud Deo-
um nota est & apud homines.

¶. Ora pro nobis sine mora S. Virgo
BARBARA,

R. Ut simus digni ex hac hora bona
mortis gratia.

O R A T I O

O Sancta Virgo & Martyr BARBA-
RA, quodcunq; apud Sponsum tu-
um precibus potes, obsecro ut in mor-
tis articulo mihi impetres, adjuva me
miserum ne in peccatis moriar. Effe-
ctum hunc habeat per tuam intercessio-
nem in agone tuo facta tibi à Christo
promissio cum fidem ejus sanguinetuo
consecrates. Redeat quæso in memo-
riam dilecto tuo Virgineus collo tuo

exu-

exuberans sanguis, recordari dignetur
ardentissimæ charitatis tuæ, nec animam
meam è corpore exire permittat, nisi
confessione sincera expiatam, & San-
ctissimâ Eucharistiâ refectam, Sacriq;
Olei unctionis, contra insidias dœmo-
num Sacramentô munitam.

ORATIO ad JESUM.

pro obtainendo ejus Sancto amore.

Amantissime, suavissimæ, dulcissime,
Amicordissime, Domine mi Re-
demptor Iesu Christe, vita & anima
vitæ & animæ meæ, desiderium cordis
mei, totus amor meus, per tuum te
sacratissimum sanguinem, per durissi-
mos labores, meâ causâ suscepitos, per
crudelissimæ Passionis & mortis tuæ
acerbitatem, per tuum insatiabilem in-
omnes homines & me unum amorem,
oro suppliciter, atq; enixè obtestor, ut
me toto affectu anhelantem ad te, tra-
has post te: qui dixisti: Ego cum exal-
tatus fuerò à terra, omnia traham ad
me ipsum, & ad vitam tuam, quam o-
mnibus in exemplar proposuisti me re-
formes & exigas totum.

Ecce ego vilissimus, & indignissimus
peccator

peccator, tot jam annis tui reus amo-
ris, ad tuos pedes abjectus, & dolens
veniam peto de omnibus anteactæ vi-
tæ meæ peccatis, & de te non satis co-
gito, amato, & in me expresso. Re-
spice me o potentissime hominum Sal-
vator! excipe me, ô totum, ô unicum
bonum meum! ô fons salutis! intruere
in me, o seco, iis oculis; quibus o-
mnium caro tibi subjicis, duc me cœ-
cum, erige afflictum pondere peccato-
rum meorum, excita in tuo obsequio
languentem, in amore repentem
inflammam.

Unum posco, ne deneges mihi, ô sa-
lus animæ meæ, spes unica cordis mei,
misericordia infinita! ô amor mihi à
Patre tuo date! mihi nate, mihi mortuet
concede, ut potius millies moriar, quam
momentô vel unô te deseram. Tibi me
totum devoveo, trado, rependo, immolo
totum. Illumina super me vultum tu-
um, ut cognoscam in terra viam tuam,
viam ad Patrem & te rectam, suavem,
securam. Adimple in me tuam & Patris
voluntatem bonam, beneplacentem,
& perfectam, ut dilectio, qua te diligit
amantissimus Pater tuus, in me sit, &
sicut

sicut ille in te est, & tu in illo, ita tu
in me sis, & ego in te.

Hunc mihi Pater Christi & Domini
mei, summe DEUS, Pater misericor-
diarum, & DEUS totius consolationis,
hunc ipse tu splendor Paternæ gloriæ
Fili Dei pro hominibus ut ab homini-
bus amareris incaute: hunc Trinitatis
amor DEUS Sanctissime Spiritus in me
amorem infunde. Ardeat quæso Sancta
& Individua Trinitas, cor meum illo
igne quem Dominus meus JESUS Chri-
stus in terras veniens & cum homini-
bus conservans, voluit in terris vehe-
menter accendi.

O JESU optime! te iterum ego redem-
ptus tuus per pretium redemptionis
meæ, Divinum Sanguinem tuum: per
tenerrima viscera profusæ tux in sup-
plices misericordiæ & liberalitatis, per
infinitum tuum in Patrem in homines
& in me amorem obsecro, ut illum mi-
hi amorem tui ad quem aspiro, since-
rum, vehementem, continuum, inex-
plicabilem largiri digneris: ut cum eo
vivam, cum eo moriar, & in amantis-
simo corde tuo, omni alio amore qui
ex te non erit vacuus, te uno plenus
quie-

quiescam. Per te JESU Christe, dilectissimam Matrem tuam, & fidelissimum in terris nutritum tuum, qui vivis & regnas cum Deo Patre Omnipotente in unione Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum, Amen.

Sancta MARIA & Sancte JOSEPH orate pro me Dominum nostrum IESUM Christum: ut tuum mihi vestrumq; amorem cum bona morte largiri dignetur, Amen.

JESU MARIA & JOSEPH vobis dono meum cor & animam meam.



Ad

Ad SS. ANGELOS CUSTODES

Antiphona.

Sancti Angeli Custodes nostri defendite nos in pælio, ut non pereamus in tremendo iudicio.

¶. In conspectu Angelorum psallam tibi

DEUS meus,

¶. Adorabo ad Templum Sanctum tuum
& confitebor Nomiini tuo.

O R A T I O

DEUS qui ineffabiliter providentia.
Sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris. largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum nostrum. &c.

Angele DEI qui Custos es mei: me tibi commissum pietate supernâ, hac die illumina, custodi, rege, & gubernas. Amen.

O R A T I O

Ad S. Angelum Tutelarum.

OFidelissime Comes a DEO tutelæ meæ assignate, Protector & Defensor meus, nunquam recedens a latere meo, quas tibi gratias referam pro fide, amore, innumerisq; in me collatis beneficiis: Tu dormienti advigilas; n. cœstum

C

Iola-

solaris: dejectum erigis, imminentia per-
icula avertis: futura doces cavere, à
peccatis abstrahis, ad bonum impellis:
Iapsum ad pœnitentiam hortaris, De-
umq; concilias. Jam dudum fortassis in
infernum detrusus fuissim, nisi tuis pre-
cibus Divinam à me iram avertisses. Ne
precor, me unquam deseras. In adver-
sis solare, in prosperis contine, in pe-
riculis tuere, in temptationibus adjuva,
ne iis unquam succumbam. Preces &
gemitus meos, omniaq; pia opera
Divino conspectui offer, atq; ef-
fice, ut in gratia ex hac perve-
niam ad vitam æternam.

Amen.



(58)(†)(59)

Ad OMNES SANCTOS

Antiphona.

Sancti Dei Omnes intercedere digne-
mini pro nostra omniumq; salute.

¶. Lætaminis in Domino & exultate
Justi.

¶. Et gloriamini omnes recti corde.

O R A T I O

O Felices Sancti Dei Omnes, qui jam
transiſtis hujus mortalitatis pe-
lagus, & pervenire meruistis ad portum
perpetuæ quietis, securitatis, pacis,
securi & tranquili, semperq; festivi atq;
gaudentes estis. Obsecro Vos per Ve-
stram charitatem, qui securi estis de
Vobis, solliciti estote de nobis: securi
estis de Vesta immarcescibili gloria,
solliciti estote de nostra multiplici mi-
seria. Per ipsum Vos rogo, qui vos ele-
git, qui vos tales fecit, de cuius im-
mortalitate jam immortales facti estis,
de cuius Beatissima Visione semper
gaudetis. Amen.

Oremus.

Protege Domine populum tuum &
Apostolorum tuorum PETRI & PAULI
&

& aliorum Apostolorum patrocinio con-
fidentem perpetuâ defensione conserva.
Omnes Sancti tui, quæsumus Domine,
nos ubiq; adjûvent: ut dum eorum
merita recolimus, patrocinia sentia-
mus; & pacem tuam nostris concede
temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam
repelle nequitiam: iter auctis & volun-
tates nostras, & omnium famulorum
tuorum, in salutis tuæ prospereitate di-
spone: Benefactoribus nostris sempiter
na bona retribue: & omnibus fidelibus
defunctis requiem æternam concede. Per
Dominum nostrum JESUM Christum Fi-
lium tuum: qui tecum vivit & regnat
in unitate Spiritus Sancti Deus, per o-
mnia saecula saeculorum, Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam,

R. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino,

R. DEO gratias.

¶. Et fidelium animæ per misericordiam

Dei requiecant in pace, R. Amen.



Biblioteka Jagiellońska



str0007315

